



**R.P. Leonardii Lessii E Societate Iesu Theologi. In D.  
Thomam De Beatitudine. De Actibus Hvmanis. De  
Incarnatione Verbi. De Sacramentis Et Censvris.  
Prælectiones Theologicæ Posthvmæ**

**Lessius, Leonardus**

**Lovanii, 1645**

Dvb. 2. Ex quo tempore Christus omne[m] hanc gratiæ perfectionem  
habuerit.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72898](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72898)

DVBIVM II.

Quanta sit Gratia Anime Christi perfezione intensua?

34  
In Christo  
maior est  
gratia in  
omnibus  
hominibus  
& Angelis  
simil.

R Espondeo; Etsi praeceps ignotum sit, tamen probabilissimum est eam excedere non solum gratiam cuiusvis hominis, vel Angelis; sed etiam omnem gratiam omnium hominum, & Angelorum simul sumptam, quamvis tota illa in unum coalesceret.

Probatur Primò, Quia si esset possibilis gratia actu infinita, omnium consensu hæc esset Christo tribuenda; nam hæc sola censetur dignitati personæ diuinæ commessa: ergo cum hec idem dimitur taxat negetur, quod sit impossibilis; concedi saltè debet summus gradus, qui à nobis concipi potest, ut ratione consentaneus: atque talis est iste, qui in se colligit omnia dona aliorum: ergo &c.

Probatur Secundò, Quia dignitas animæ Christi superat dignitatem omnium Beatorum simul sumptam; eò quod assumpta sit ad dignitatem diuinæ personæ: ergo oportebat ut eius dona supernaturalia excederent omnium dona simul sumpta. Confirmatur; Quia hæc anima est magis dilecta, quam tota rerum vniuersitas; & merita illius sunt digniora omnibus meritis omnium dilectorum: ergo maiora dona gratiæ sunt illi collata; nam dilectio diuina est efficax.

Probatur Tertiò, Quia Christus est caput omnium hominum & Angelorum: ergo oportet ut in ipso sit omnis gratia collecta, quæ in membris est dispersa: sicut in capite omnes sensus sunt collecti. Et quidem quod supererit gratiam omnium hominum, dubitari nequit; cum ea, ab ipso, ut à fonte, deriuetur. De gratia Angelorum est etiam valde probabile: tum, quia est illorum caput; tum, quia decet ut omnia quæ in electis sunt dispersa, in ipso uno sint collecta. Quod confirmatur; quia ipse est inter Beatos, sicut sol inter astra. Nā differentia claritatis electorum, erit sicut differentia astrorum. 1. ad Cor. 15. v. 41. atque sol maius habet lumen, quam omnia altra simul: ergo &c.

Christus  
fuit abso-  
lutè plenus  
gratia.

Ex his optimè intelligitur quomodo Christus absoluè fuerit plenus gratiæ: quia non solum habuit summam, quæ iuxta diuinam prædestinacionem esse poterat; sed etiam, quia habuit tantam, ut in sua perfectione intensuæ vnitè omnem gratiam omnium Sanctorum contineret. Quod infinitant Patres suprà citati art. 10. num. 26. præfertim Cyrillus & Hieronymus.

DVBIVM III.

Ex quo tempore Christus omnem hanc Gratia perfectionem habuerit?

35  
ab initio  
concep-  
tio-  
nis.

R Espondeo; Ab initio suæ conceptionis; adeò ut temporis successu non fuerit aucta. Est ita certa, ut cōtrarium sit censendum erroneum. Et docet D. Thomas hic, & omnes Doctores in 3. diff. 13. & psalmus Patres qui hac de re agunt.

Probatur Primò, Ex Scripturis; Ioan. 1. Isaïe 11. Jeremiæ 31.

Probatur Secundò, Ex Patribus, Hieronymus in illud Jeremiæ 31. v. 22. Fama circumabit Vi-  
rum: qui, inquit, iuxta incrementa quidem etatis pro-

Probatur  
ex Patri-  
bus,  
Hieron.

ficere videbitur Sapientia & etate; sed perfectus Vir in ventre femineo solitus mensibus continebitur. Vbi satis insinuat ab initio perfectum fuisse, ita ut revera non profecerit. Nec obstat quod idem D. Hieronymus in cap. 61. Isaie ait, Vnctionem gratiæ in Christo fuisse expletam in Baptismo; quia loquitur de visibili vñctione, quam tunc accepit; quæ erat symbolum inuisibilis vñctionis acceptæ in concepcione. D. Augustinus lib. 15. de Trinit. c. 26. <sup>Augustinus</sup> aperte docet Christum in Incarnatione fuisse omnino gratiæ plenum: & in baptismo quando columba descendit, nullum augmentum accepisse; sed præfigurasse sanctificationem corporis sui, quod est Ecclesia. Idem docet lib. 2. de Peccatorum meritis & remiss. cap. 29. Cyrilus lib. 10. <sup>Cyrilus</sup> Thesauri cap. 7. ait, Christum accepisse omnem gratiam ab initio; nec per incrementa temporum, aliiquid ei additur. Damascenus lib. 3. de Fide orthodoxa. <sup>Damascenus</sup> cap. 22. dicit esse errorem Nestorianum afflere <sup>nus</sup>, illum Sapientiæ profecisse. Anselmus lib. 1. Cur Deus homo. cap. 9. Bernardus serm. 2. super Missus <sup>Anselmus</sup> Bernardus. est: Sive latens in utero, sive vagines in pæstrio, sive grandiusculi Doctores interrogans in templo, sive iam perfecta etatis docens in populo; quæ profecto fuit plenus Spiritu sancto &c.

Probatur Tertiò, Quia ab initio Conceptio-  
nis habuit dignitatem Filii Dei: ergo plenitudo <sup>36</sup>  
Pro. R. R.  
nam gratiæ tamquam Vnigenitus à Patre. Nam <sup>tione</sup> hæc erat causa plenitudinis gratiæ; ut indicatur Ioan. 1. Secundò, Quia perfectius & optabilius est ab initio esse omnino perfectum, quam sensum in perfectione crescere. Ergo hoc Christo tribuendum. Confirmatur; quia nullæ est ratio cur hec plenitudo debuerit differri; cum ea dilatio nihil conferat ad nostram redemptions, sed potius obfit. Tertiò, Quia Christus ab initio secundum animam fuit beatus: ergo gratia ipsius ab initio fuit consummata; sicut gratia Beatorum.

Sed contrà. Obijcitur, Luke 2. vers. 52. Pro-  
ficietur Puer Sapientia, & etate, & gratia, apud Deum <sup>Quomodo</sup> Christus  
& homines: ergo &c. Respondeo, Proficietur in <sup>Christus</sup> proficerit. ostensione Sapientiæ & gratiæ: seu, quod idem est, in operatione & exercitio. Ita explicant Patres allati; & preter hos, Athanasius serm. 4. contra Arianos, qui id valde fuse profequitur, fol. 3. à fine. Ambrosius in hunc locum, & lib. de Dominicæ Incarnationis Sacramento cap. 7. vbi etiam ait, Christum secundum sensum humanum verè profecisse; scilicet in exercitio Sapientiæ & gratiæ per sensum humanum. D. Hieronymus in cap. 11. Isaïe. Beda Homilia Dominicæ 1. post Epiphaniam. Theophilactus & alij in hunc locum Luke. Sed aduerte, non tantum profecisse <sup>Respectu</sup> gratiæ & Sapientiæ in opinione hominum; sed <sup>sui</sup> etiam in seipso: quia sicut addebat annos annis, ita initio faciebat minora opera Sapientiæ & gratiæ: deinde sensim addebat maiora, ut explicat Athanasius; Ratione quorum dicebatur profice-  
re apud Deum: quia alia alii majoris erant Sa-  
pientiæ & perfectionis, magisque ex genere suo  
meritoria; quamvis ratione Personæ æquè me-  
ritoria fuerint. Apud homines autem proficere <sup>Ei homi-</sup>  
dicebatur, vel quia per hæc faciebat homines pro-  
ficere, ut quidam exponunt; vel quia crescebat  
hominum de ipso opinio.